

Priory of Alvingham, or Affingham, in Lincolnshire.

THIS Priory of Gilbertine Nuns and Canons was dedicated to the blessed Virgin Mary and Saint Adelwold, in the time of Robert Cheiney bishop of Lincoln, in the latter end of the reign of King Stephen, or the beginning of that of King Henry the Second, but by whom founded, says Tanner, does not certainly yet appear, whether by William de Friston, Hugh de Scotene, Hameline the Dean, or some other.

^a The following may be added to Tanner's References to Records concerning this House: Taxat. P. Nich. IV. pp. 57, 58 b, 71, 325 b. Rot. Hundr. vol. i. pp. 312, 340, 374, 375. Plac. de Quo Warr. p. 403. Abbrev. Plac. p. 99. In the Lord Treas. Rem. Office, 1. "Finis solutus

It was valued, in the 26th Hen. VIIIth, in the total amount of revenue, at 14*l.* 15*s.*; in clear income at 128*l.* 14*s.* 2*d.* per annum. The Site was granted, in the 5th Edw. VI., to Edward Lord Clinton.

Dugdale has made some considerable extracts from the REGISTER of this House preserved in the Bodleian Library at Oxford, MS. Laud, F. 119.^a

pro confirm. Cartar. Orig. 1 Edw. III. rot. 32." II. "De Will^o. Johnson occ. ad ostend. quo titulo tenet situm Prioratûs."—Hil. Rec. 13 Jac. I. rot. 231.

pascuis, et omnibus pertinentiis suis. Grangiam, quam habetis in villa de Calethorp, cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis, et omnibus pertinentiis suis. Terras, possessiones, redditus, prata, et pascua quæ habetis in villa, et territorio de Lekeburn. Terram et nemus, quæ habetis in territorio villæ de Tathewelle. Duas bovatas terræ, prata, et pascua in villa de Raitheby. Grangiam, quam habetis in villa quæ dicitur Neuton, cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis, et omnibus pertinentiis suis. Terras, possessiones, redditus, prata, et pascua in villa quæ dicitur Seinop et territorio ejus. Grangiam, quam habetis in villa de Keaburn, cum terris, possessionibus, pascuis, et omnibus pertinentiis suis. Grangiam, quam habetis in villa de Connisgesby, cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis, et omnibus pertinentiis suis. Terras, prata, et pascua in territorio villæ de Falthesburw. Grangiam, quam habetis in villa de Suineflet, cum terris, possessionibus, redditibus, et omnibus pertinentiis suis. Terram ad comburendum, quæ vulgariter dicitur turbaria, quam habetis ibidem.

Priory of Alvingham.

ROBERT INGLEBY was the last Prior of Alvingham. He surrendered this House to the King, with twenty-seven of his monks, 29th Sept., 30th Hen. VIIIth.^a

The Surrender is extant in the Augmentation Office,

with the COMMON SEAL appendant, having the blessed Virgin sitting, with the divine Infant in her lap. Legend,
S . SANTE . MARIE . DE . ALVINGHAM . AD . CAUSAS.

NUM. X.

Carta Walteri Bec de Ecclesia de Neuton.

[Ibid. fol. 147.]

NOTUM sit omnibus, legentibus, et audientibus literas has; quod ego Walterus Bec, pro amore Dei et redemptione animæ meæ et omnium parentum meorum, concessi et donavi ecclesiam sancti Petri de Newton sanctimonialibus de Alvingham, et fratribus ibi in sanctâ religione Deo servientibus, in elemosinam; et omnes appenticias, quæ pertinent ad eandem ecclesiam. Hanc donationem feci prædictis ancillis Christi cum concessione uxoris meæ Agnetis, et Hugonis filii mei, et omnium hæredum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni terreno servicio imperpetuum possidenda, cum duabus filiabus meis, quas, inter eas, in sorores receperunt. De hac quoque concessione, et donatione, confirmationem domini regis Henrici, ancillis Dei habere pepigi, secundùm posse meum.

NUM. XI.

Stemma Familiæ de Bec.

[Ibid.]

WALTERUS BEC fuit primus, et venit cum Conquestore, et habuit hæreditatem suam in Flandria; et de dono regis habuit Eresby, et multa alia maneria. Hugo fuit filius primi Walteri, et habuit quatuor fratres; Henricus Bec, Walterus, Johannes, et Tho. Hugo, in redeundo de Terra

Sancta, decessit sine hærede de corpore suo. Henr. Walterus, et Johannes diviserunt hæreditatem, quia Henricus primogenitus non fuit multùm sapiens. Tho. habuit omnes ecclesias quæ spectabant ad donationem fratrum suorum. Henr. retinuit Eresby, Spillesby by, Wisperton; Walterus, Lusseby, Wynceby, Newton, et Fulestowe, Johannes, Beby in Kesteven, et alia duo maneria.

De Henrico Walterus. De Waltero Joh. qui nunc est.

De Waltero de Lusseby, Henr. qui vendidit Stephano de Langeton manerium de Fulestowe.

De Henrico, Walterus Bec, qui fuit pugil, et constabularius castri Lincolniaë.